



BIBLIOTEKA


Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVI

3652







IMPRESSA  
XVI SAECULI

L. Inw. 170036

# EPIGRAMMATA

*Cum clarorum virorum sententijs  
Duodeviginti.*

AD TOTIDEM  
NOBILITATE VIRTUTE  
ACERVDITIONE PRÆSTANTES  
IVVENES, CVM OLOMVTII IN AMPLO  
Academicí Auditorij confessu die Iunij prima  
Artium liberalium, & Philosophiæ laurea  
solenni ritu decorarentur.

AVTHORE

JODOCO MARTINI Wratislauien: Silesio,  
Naturalis Philosophiæ studioſo.



170036

OLOMVTII,

Typis Georgij Handelij.

Anno: M. D. XCVIII.



# INSIGNIA MORAVIAE.



M Arcomannorum decus ut Iouis ales acutum.  
Cernit, cum superas radit honora vias :  
Sic Vos, ô patriæ decora alta, videtis acutè  
Quod stabilis tellus - & vagus axis habet.



V V E N C E S L A O K A M I N S K Y  
N O B I L I S I L E S I O.

Huic Tripodem addico cuius sapientia prima.

Illi jam Tripodem promiserat aqua Deum mens  
Limina qui sophia primus adiret ouans;  
Conspecto at sapiens te Pallas protinus inquit  
Prae cunctis sapiat qui magis unus hic est.

I O H A N N I F R A N C I S C O C E N D A  
N O B I L I T A L O.

Sapiens dominabitur astris.

Astra polusq; tenent terras influxibus: unus  
Qui ditione sua cuncta tenet sophus est.  
Illi videns quicquid complectitur orbita Mundi  
Cum superis terras, astra polumq; tenet.

# CONRADO RISCHIO TVRINGO.

Tibi ab adolescentia ad Senectutem  
sapientiam compara.

Magnificas Cræsi gazas, Arabumue potentes  
Diuinitas queris? dira pericla petis.  
Inuidiosa cupis Minoi regna Thoantis?  
Crede mihi diues, plurima si sapis, es.

# IOHANNI TVLACHIO SILESIO.

: Nil non mortale tenemus  
Pectoris exceptis ingenijq; bonis.

Imperio fortuna premit variabilis omnes,  
Inq; malas versat sors vaga cuncta vices.  
Nec qcquā stabile est quod dat Berecynthia ma-  
Immortale decus sola Thalia parit. (ter

WEN-

08

# V VEN CES LAO HERTELIO S I L E S I O.

Philosophia medicina animorum..

Corporis optatam confert medicina salutem  
Galeni, at sana mentis Aristotelis.  
Illa lenat morbos, hac dat cælestia; amore  
Utrius dic nunc afficiare magis?

# S E B A S T I A N O K L I N K I O M O R A V O.

Sapiens amicus Deorum.

Alt a petens superas cōprendit mente phalāges  
Ecce Sophus; sic fit proximus ipse D E O.  
Et tu cum sophias felix penetraueris artes,  
nātra potes merito dicere κοντά εἰλωρ.

A 3      VALEN-

VALENTINO GNILIO  
SILESIO.

Alijs quidem sapientior , alijs autem  
fortior est Philosophus.

*SI quis ut in populo, quo fas sit calle sequendum  
Inquirat, sapiens dogmata pulchra dabit.  
Aspera si rogitet poscant quid bella , monebit:  
Lis erit existat doctior an melior.*

MARCELLO LANGIO  
BADENSI.

Constans bonum Scientia est.

*Iludens vultu si te fortuna maligno  
Terruerit, subito cuncta petita ruent,  
Tempore nec duro veteres numerabis amicos;  
Solamen presso solus Apollo feret.*

IACO-

99

# IACOBO STRAVCHMANNO SILESIO.

Philosophia & benè viuere & benè  
dicere docet.

NObile cùm Sophia studium sine crimine vitam  
Monstret, cur multi turpe sequuntur iter?  
Causa petita patet: sceleratus nam benè semper  
Dicere; non itidem viuere quisq; studet.

# GREGORIO SPORENFTELIO M O R A V O.

Non qui plurima, sed qui vtilia didicerunt  
Philosophi putandi sunt.

INclyta Doctorum de nomine nomina poscis?  
Grande tibi, Patriæ commoda nosse, puta.  
Plurima non pulchrū est docta sine mente referre,  
Sapè etiam stultus plurima nosse potest.

S I M O N I C A N A B I O  
S I L E S I O.

Melius est mendicum euadere quam  
imperitum.

S Plendida delectant Regum diademata, qua nō  
Ullam perspicua vim rationis habent.  
Pauperiem docti clara ast sapientia fulcit:  
Scire cupis doctum quid trahat? ista magis.

I O H A N N I L O R E  
A L S A T I O.

Fugit mens prouida casum.

I N sidiosa fugis fortuna tela maligna?  
In culto Sophia semina trade solo.  
Nam ratione valet quicunq; is jura tenebit  
Fortuna, tu nunc es Sophus, ergo tenes.

B L A

# BLASIO SCHLICHTERO MISNIO.

Philosophia dux vitæ.

Cuncta simul tollas sancta si vincula legis  
Quodque placet cui vis quisque sequatur iter.  
 At tamen unanimis cernetur vita sophorum  
 En quantum Sophia & dogmata laudis habent!

██

# GEORGIO BARTHOLDO SILESIO.

Qui seipsum cognoscit sapiens est.

Plurima nosse cupis non hec sine laude requiris  
 Plurima napulchrum est cum ratione loqui.  
 At ratione noua si te cognoueris ipsum  
 Judice me Sophus haud despiciendus eris.

A D A -

A D A M O V V O I N O V I O  
S I L E S I O .

Dicere quæ utilia sunt patriæ proprium  
est prudentiæ.

M artia Roma sibi non tot peperisset honores,  
Legibus ornassent ni bene cuncta Sophi,  
Tolle Sophos : tolles clarissima lumina mundi,  
O verè patria luxq; decusq; Sophi.

I O H A N N I P R A V S  
S I L E S I O .

Animum ac rationem ducem sequere.

P Er pulchrum censes insana dogmata plebis  
Sectari ? E mentis munera nolle sequi ?  
Falleris ; illa ruit nam mundi in mille pericla,  
Ista sed athereas suevit adire plagas.

SIMO-

10

# SIMONI NEOFORIENSI PANNONIO.

Vnum aliquid præclarum elige.

*Oci a pigra tibi si consecienda putabis  
Languenti nemo præmia clara dabit.  
Quod si constanti placeat Sapientia vultu  
Gloria amatori non fugitua venit.*

# GEORGIO GARNOVIO SILESIO.

Immota manet stimulata bono mens.


*A Spera non moueant summi te culmina montis  
Crescit in excelsis gloria prima jugis.  
Perge animo forti studium conjungere: laudem  
Cedro haud indignam qui bene finit habet.*




# APOSTROPHE AD OMNES CANDIDATOS.

Claudo jam riuos, fortissima pectora, sed non  
Quod genuit studiumq; catenatiq; labores  
Claudo illustre decus, viget aeternumq; vigebit  
Gloria, bellipotens quam vobis dextra parauit.  
Macti animis, instate operi quod fortibus ausis  
Capitis, Sophicis Martemq; accendite telis:  
Longius ire juuat, non ductis sortibus urna  
Stat, sed fit via vi, qui contra audentior hoste est  
Præmia prima refert; cessere hac docte KAMINSKY  
Inuidia sine felle tibi, tu primus in arma  
Ære ciens socios bella horrida bella gerebas  
Nec sua laus reliquis defit, qui ponè sequuntur,  
Omnes solentes, omnes in utroq; periti  
Frangere seu sit opus, seu dextra spargere ferrū.  
O juuenes igitur diæ Sapientiæ ocelli  
Durate, & decori vires aptate supremo.







OPIAWE WYKONANIE

w prac. instyt. konserwator.

Bibliotek "Ossolineum"

14 IX 65 Kowalczyk

